Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26215
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut circumstat. Siue certe quasi rex sedet circumstante exer
citu. qui presidente illum mundi electa circumstat turba uir
tutum. Qui etiam merentium consolator est. ea promissione qua
dicit. Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Et rursus:
Videbo uos et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo
tollet a uobis. Ea igitur que de sancta ecclesia capite diximus: nil ob
stat si ad uocem quoque eiusdem ecclesie referamus. Inde quippe or
do doctus qui rex presidet que fidelium suum turba circumstat.
Que scilicet mutuando fidelium recte quoque dicitur exercitus. qui
impenetu bonum operum indesinenter commodie gua tentatio
num bella preparat. Corda quoque merentium sancta ecclesia consola
tur: dum presentis peregrinationis eruna afflictas mentes electa
pensat. et has eterne patrie promissione letificat. Considerat etiam
qd cognationes fidelium diuino sint amore percusse. et quos dedo
conspicit districta audisse ut timeant. an quoque quatenus et man
suetudinem pietatis eius audiant, ut presumant. Sic nanque sancta ecclesia fi
delibus suis depietate et iustitia redemptionis impendit tentationis
serie spem miscet. et metum. quatenus nec incaute de misericordia
confidant. nec desperatu iustitiam timeant. nam uerbis suis capi
tis formidantes refouet dicens. Noli timere pusille grex. quia
complacuit patri nro dare uobis regnum. atque rursum presumentes
terret dum dicit. Vigilate et orate ut non intretis in temptationem.
Rursum formidantes refouet dicens. Gaudete qm nomina uestra
scripta sunt in celo. Et insemet ipsis presumentes deterret cum ait. Vi
debam satan sicut fulgur de celo cadentem. Formidantes refouet
cum dicit. Oues mee uocem meam audiunt et ego agnosco eas et sequun
tur me. et ego uitam do eis. et non peribunt in eternum. et non rapiet
eas quisquam de manu mea. Et insemet ipsis presumentes deterret di
cens. Dabunt signa magna et prodigia. ita ut in errorem inducan
tur. si fieri potest etiam electi. Formidantes refouet cum dicit.